

Franckesche Stiftungen zu Halle

Anmerkungen zur lateinischen Grammatik

Schmieder, Benjamin Friedrich

Leipzig, 1778

VD18 13188127

Widmung

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate aus den Digitalen Sammlungen des Studienzentrums August Hermann Franckes sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden.

Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden. Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich an das Studienzentrum August Hermann Francke: (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents from the digital collections of the August Hermann Francke Study Centre are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the August Hermann Francke Study Centre of the Francke Foundations. If digital documents are published, the Study Centre is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the August Hermann Francke Study Centre: studienzentrum@francke-halle.de (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-190107](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-190107)

VIRO
SVMME VENERABILI MAGNI-
FICO

DOCTISSIMO

JOHANNI ANDREÆ
MÜLLERO A. M.

ECCLESIARVM PER COMITATVM MANS-
FELDICVM SVPERINTENDENTI GENERA-
LI MERITISSIMO

CONSISTORII QVE SERENISSIMI PRINCI-
PIS MANSFELDICI QVOD ISLEBIÆ EST.
PRÆSIDI GRAVISSIMO

PATRONO SVO OPTIMO

VIRO
SVMMÆ VENERABILIS MAGNI

FICO
DOCTISSIMO

JOHANNI ANDREÆ
MULLERO A. M.

ECCLÆSIÆ PER CATHOLICAM
FELICITATEM IN CHRISTO
CONSISTENS QVÆ SPES SEMPER PRINCIPIS
PIS MANET IN OMNIBUS ISLEBIS EST
PRESIDI GRAVISSIMO

PATRONO SVO OPTIMO



Tot ac tanta extant TVA, VIR
SVMME VENERABILIS, cum de
gymnasio artium islebiensi merita,
tum singularis erga me benevo-
lentiae documenta, ut, quæ prima
mihi offertur, TVI, cum aliqua
certe meæ erga TE observantiae
significatione, publice alloqveni-
occafio, pietati meæ cupide videat-
tur effe amplectenda. Non vero
tantum mihi fumo, ut TVO-
RVM ego illustrare coner meri-

boyp

* 3

to-

torum præstantiam. Quos enim
uberrimos laborum TVORVM
fructus, & eos, qui TEcum vi-
vunt, percipere video, & ad ipsam
posteritatem esse redundaturos, ii
quidem magis illustriusque, omni,
non præconio solum, sed monu-
mento etiam ab aliis posito, no-
men TVVM præsentibus reddunt
carissimum, posteritatisque memo-
riæ commendabunt. Nam, ut de
gymnasio tantum pauca dicam,
quod

quod a primi secundi que ordinis
discipulis, academiae praeparandis,
ludorum, qui in vicis sunt, futu-
ros magistros ita segregasti, ut, quae
lectiones publicae minus videren-
tur e re eorum esse, harum loco
separata nunc institutione fruan-
tur, ad ejus, quod elegerunt, vitae
generis usum accommodatissima;
quis non intelligit, quantas, insti-
tuto eo, praceptoribus molestias
absterferis, quanto expeditiorem

discipulis, utriusque generis, eo,
quo tendunt, viam aperueris, quam
sapienter in primis ruricularum ju-
ventuti iveris consultum? Quod
vero moderandis emendandisque
juventutis scholasticæ moribus no-
vas præscripsisti leges, non ferreas
quidem, sed quæ maxime, ut, Xe-
nophonte auctore, veterum Persa-
rum leges προλαβῆσαι ἐπιμέλονται, ὅπως
τὴν ἀρχὴν μὴ τοιᾶτοι ἔσονται οἱ μαθηταί, οἷοι
πανηρεῖ τίνοσ' ἔργα ἢ αἰσχερεῖ ἐφίσδαι. & hac

e

e re, quantæ TIBI scholæ juventu-
tisqve salus curæ sit, quis est, quin
perspiciat? Quam egregium au-
tem hoc TVVM institutum est,
quam, ad diligentiam probitatisqve
studium excitandum augendum-
qve, atqve ad animos ab ignavia
vitiisqve avocandos & absterren-
dos sapienter excogitatum, quod,
quovis die Saturni, lectionibus fi-
nitis, gymnasii & præceptores &
omnium ordinum discipulos con-

venire iussisti, eum in finem, ut,
qvi discipuli præ cæteris ea digni
reperiantur, publica laude affician-
tur, alii, privatim frustra moniti,
publice moneantur, in alios deni-
que, si qvi fuerint improbiores,
exempla statuuntur? Quid de eo
dicam, qvod, nulla reliqvorum
negotiorum aut gravitate aut mul-
titudine defatigatus, omnes ephori
diligentissimi partes ipse sustines,
desi-

desiderioque **PRINCIPIS IN-**
DVLGENTISSIMI, Cujus
salutis publicæ amor gymnasium
præcipuæ TVÆ curæ commenda-
tum voluit, abunde satisfacis?
Cum hæc, & multa alia hujus ge-
neris, facta loquantur, quis laudes
TVAS verbis præconioque cujus-
quam aut egere putet, aut efferri
posse amplificari que? Quanta vero
cun-

cunqve TVA sint de gymnasio
universo merita, haud tamen scio,
an ea, qva singulos gymnasii præ-
ceptores atque discipulos ample-
cteris, singulisqve quam optime
consultum cupis, humanitate, illo-
rum magnitudinem æqvare abs
TE dicam, an potius adhuc supe-
rari. Cui unqvam discipulorum
TVI conveniendi copia denegata
est? Qvem, consilium patrocini-
um-

umve petentem, tristem abs TE
abire passus es? Quot vero, ino-
pia rerum impediti, liberalitate
TVA usi sunt beneficentissima?
Et, quis inter præceptores est, qui
non, aut onere aliquo levatum,
aut singulari beneficio abs TE af-
fectum se esse, gratus profiteatur?
In meo quidem animo plurimo-
rum, quibus ornasti me, singula-
ris constantisque benevolentiae do-

cui-

cumentorum^h memoriam, nul-
lam unquam oblivionem de-
leturam esse spondeo. Plera-
que quidem, unde benevolen-
tiam TVAM perspicere mihi
contigit, ne cui forsan mei ip-
sius commendandi, quam gra-
ti erga TE animi declarandi cu-
pidior videar, tacere malo,
quam

quam publice commemora-
re. Quod vero, cum an-
te triennium C A R P Z O-
V I V S [*noster* primo ad-
dideram, sed blandum piera-
tis vocabulum reverentia de-
levit] VIR ILLVSTRIS,
initiorum physicorum quoque in
gymnasio nostro publice tra-
dendorum auctor fuisset, me
ca

ea tradere iussisti; quod superiori
anno, *theologia* quoque primæ & se-
cundæ classis discipulos docendæ
provinciam mihi demandasti; in
utroque TE singulare in me bene-
ficium contulisse arbitror. Quo
certe magis TVVM, ceterorum-
que gymnasii PATRONORVM,
omni pietatis cultu a me vene-
randorum, de me iudicium exin-
de

de perspexi, & quo magis facul-
tate auctus sum mihi exoptatissi-
ma, de salute juventutis bene
merendi, eo magis acutum mi-
hi calcar additum esse sentio, ut
omni studio elaborem, quo, nec
PATRONORVM judicium re-
prehendi a quoquam possit, nec

✱✱

ego

ego juventutis commodis ullo in
loco defuisse videar. Et pro-
fecto, VIR SUMME VE-
NERABILIS, quanquam mi-
hi benevolentia TVA nihil ju-
cundius est, nihil que exoptatius,
eam tamen ita modo ut mihi
conserves obsecro, ut meo præ-
cepto-

ceptoris officio, quantum DEO
annuente potero, omni qvi-
dem fide, assiduitate & dili-
gentia satisfacere conabor. DE-
VM vero supplex veneror, ut
TE, omnis generis felicita-
te cumulatam, ad feros us-
que annos ecclesiæ mansel-
densi

denſi rei que ſcholasticæ con-
ſervare velit. Scribebam Islebiæ,
a. d. xxiv. Jul. CIOCCCLXXVII.

NOMINI TVO

addictiſſimus deditiſſimus que

Benjamin Fridericus Schmieder,
Lipſienſis.

Bor